

J. Baptista Boddens  
Societatis Jesu quae  
Trajecti est Rectori.

(116).

De Sarbienio, Vir Clarissime, iterum tibi debeo, quod cum  
deberem, semel, exsoluendo non fui. Quamquam Innocentii tyro-  
rum nec opus ille scriptor habuit, nec ego lector, qui quos  
audire mihi contingit summos viros, parum pensi habeo  
quae vestre prodeant, candidane an pulla. nec ordinis quidem  
vestri splendorem hoc fuce unquam aestimari. At cum  
incremento Sarbionium produxisti, et hoc ornatu <sup>sancti</sup> sapientis  
placebit; et rogate Vir humanissime, quoties vel eodem  
vultu auctior prodibit illustris autor, vel diverso novus,  
velis facere me certiore tantum, non utique ditiosam  
donis tuis. Perpetuo in commercio sum; cum ambarum  
partium Philosophis Bibliopulis. nec Platinianis quidem  
hactenus visum aversari profectos nummos ad haeretica  
manu, quas nimirum illi caute naribus adnotas, ajunt  
non heterodoxi quidquam obire magis, quam obsceni olim  
illi vestigali turpione Respasianus colligebat. ut tu quidem  
de pretio librorum, quos ut videam interesse mea credas  
frustras sollicitus. nulla me impensa liberatius mulcto.  
quia indicatis libris, quam donec datis arctius me obstringes.  
et hoc norunt qui me plerique. Ceterum in praesentia non  
red hostio. Statueram expurgatorio iudici vestro obtundere  
poematum meorum excusos olim libros sex, sed cum repur-  
gandos prius ipse receperim et augendos quidem parte  
tertia, si per Respublicam aliquando licebit, a qua me tantil-  
lum otij non est, cohibeo gestientes manus cum manus-  
culo te adire. Lucani interim quod in literis mentionem  
facis, et appellas, ut reipsa est, meum. ecce quod novis-  
sime omnium, et ita me Deus amet, captum ac desul-  
toris inter hos aula strepitus lusi. ad primarium Respu-  
blica nostra virum, et sine controversia doctissimum.  
Virgiliis autem ut senties, cultorem adeo religiosum  
quam Lucani penes contemptorem, qua te re cum in  
convivio forte jucundissima lites motae fuissent, ad stipulan-  
tibus mihi tribus senatoribus, quas in margine adscripsi;  
quibus itidem nobilissimi ingenii ac doctrinae, quarum  
ipse Bellimontium nostri, hos paulo post Elegos expressit  
mihi gratissima disceptationis ruminatio. Tu vides  
pugnaces Batavos, qui, dum bello cum vicinis liberari  
metuent, in antecessum domestici dissidii apparantur.  
Vale Vir doctissime et canonis magis obtundi, a quo animo  
patere. Itaga Com: prid: Cal: Aprilis MDCCXXXIII.

Ea hodie viarum difficultas et incertitudo est  
ut rogare te debeam, indicare ne graveus  
an amariis has acceperis

Tuus qua licet  
G. H.

Putcano